



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo**

**Marca, Pierre de**

**Parisiis, 1669**

V. Quo pacto fieret illa relatio à Principibus. Senatusconsulta quæ inde sequebantur, auctore Principe fieri dicebantur. Origo hujus locutionis, ex Livio. Senatus jus facere poterat, ex Vlpiano, & ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15617**

differre, aut omnino suppressere. Non solum autem jus illud referendi verbo *σημαρι- (w)* Græci explicare solent, sed etiam alia locutione quæ aliquoties extat apud Dionem, *ἡ γνώμη αὐτῶν ἐστὶν ἐπιπέσει*, id est, *sententiam in Senatum inferre.*

IV. Ceterum ita se gerebant Principes in Senatu, ut consularum potestatem cum nova auctoritatis incremento exercerent. Consules namque relatione facta rogabant sententias, auspicantes ab eo qui princeps Senatus vel Senator primæ sententiæ dicebatur, numerabant Senatum, dividi sententias, si opus esset, jubebant, & decretum pronuntiabant. Imperatores verò post relationem censebant, eo quo vellent ordine, scilicet primo vel ultimo loco, ut colligere licet ex istis Pisonis verbis ad Tiberium: *Quo loco censebis, Cæsar? Si primus, habeo quod sequar. Si post omnes, vereor ne imprudens dissentiam.* Quod si viri doctissimi expendissent, non negassent sententiam à Principibus in Senatu dictam. Id quidem locum habuit in Consulibus, qui sententiam non rogabantur, nisi referente Cæsare, ut monuit Tacitus. Sed Princeps vel primus vel post omnes censebat, ita tamen ut formulæ omnino adstrictus non esset, sententiâque Senatus duriorum posset mitigare, ut accidit in cognitione Pisonis de Germanici nece accusati. Quando autem primo loco censebat, ejus sententia maximi momenti habebatur, quæ à Tertuliano dicta est *prærogativa suffragij.*

V. Relatio illa cum prærogativa suffragij, frequentissimè per orationem fiebat; quam per Quæstores suos, qui Candidati dicti, Principes in Senatu ex scripto recitabant, ut notum est à Tacito, Symmacho, & aliis. Senatusconsulta quæ orationes illas sequebantur, auctore Principe dicebantur fieri. Quod, præter varios Taciti locos, egregiè probatur ex Vlpiano, qui ait, de Antonino Aug. loquens: *Oratione in Senatu habita, auctor fuit Senatui censendi ut aliquid laxaret ex juris rigore, circa donationes inter virum & uxorem.* Locutio illa tracta est ex usu veteris Reip. quo inductum, teste Livio, ut priusquam populus suffragia iniret, in incertum comitorum eventum patres auctores fierent. Cùm autem Senatus de rebus omnibus vice populi consuli cœpisset, Principes Senatusconsultorum auctores fieri voluerunt. Quod eam vim in se habebat, ut oratio Principis in Senatu recitata, seu mavis, relatio cum prærogativa suffragij, non solum cum unaquaque gravissimorum Senatorum sententia comparanda esset, sed etiam decisionis auctoritatem indueret, si consensus Senatus accederet. Inde fit ut frequenter in jure ali-

quid oratione Principis constitutum dicatur, quod alibi Senatusconsulto tribuitur ad orationem illam factò. Scilicet oratio continet in se auctoritatem quandam non solum censendi, sed etiam definiendi; dummodo consensu & suffragiis Senatus juvetur: quemadmodum etiam vice versa Decreto Senatus res propositæ summa auctoritate definiuntur. Ea vigeat in Senatu auctoritas, tempore Vlpiani; qui testatur non ambigendum quin Senatus jus facere possit. Gratianus quoque Imperator scripsit anno CCCLXXXIV. Senatusconsultum perpetuam per se obtinere firmitatem. Theodosius autem, permista Principis & Senatus potestate, præscripsit leges generales à proceribus Palatii & à Senatu tractandas: *Vt universorum consensus nostra serenitatis auctoritate firmetur*, inquit ille. Tandem summa Principis potestas Senatus auctoritatem absorbit sub Iustiano. Unde non insulsè Leo Philosophus Novella sua constitutione legem Digestorum abrogavit, quæ condendi juris facultatem Senatui tribuebat. Quæ verò de Senatus auctoritate dicta sunt, non adimebant Principibus auctoritatem edendarum constitutionum vel negotiorum terminandorum sine ullo consulti Senatus, cùm populus in eos suam potestatem contulisset; sed docent Senatum, quando consulebatur, summo jure usum in decernendo.

VI. Observandum verò est relationem Principis longè differre à relationibus quæ fiebant ad Principem. Hæ namque à magistratibus mittebantur ad Imperatorem, ut res dubias arbitrio suo temperaret: quæ locum quoque habent in Episcopis provincialibus, qui Romanam sedem consulunt; de quibus actum est libro primo. Relatio verò Principis habetur in Senatu, ut auctore Principe de re proposita decernatur.

C A P V T VIII.

Synopsis.

I. Aggredienda est disceptatio pontificia potestatis in Concilio Chalcedonensi. Agendum tamen prius de auctoritate qua Summus Pontifex usus est ante Concilij congregationem. Legati Leonis I. Constantinopolim missi, ut epistolam ejus ad Flavianum proponerent subscribendam Anatolio C. P. & ceteris Orientis Episcopis. Subscriptis Anatolius. Quid post hæc egerit Leo, ostenditur ex ejus epistola ad Anatolium. Quid de iis pronuntiavit qui superiorem locum in synodo Ephesina sibi vindicaverant. Quam fuerit ejus auctoritas, & quid effecerit.

II. Hæresis emergens, primum in provincia damnabatur in qua nata erat; sed pœna extra provinciam non egrediebatur. Leo hæresim in Oriente natam dam-

L. 9. ff. de legib. l. un. C. de Senat. tuic.

L. 8. C. de legib. l. ult. C. cod.

Nov. Leonis 78.

Phil. 17. et in-  
terpretatur. Ca.  
10.

Tac. lib. 1. Ann.

Tac. lib. 1. Ann.  
Ann. 11. 12. 13.  
Ann. 14. 15. 16.  
Ann. 17. 18. 19.  
Ann. 20. 21. 22.  
Ann. 23. 24. 25.  
Ann. 26. 27. 28.  
Ann. 29. 30. 31.  
Ann. 32. 33. 34.  
Ann. 35. 36. 37.  
Ann. 38. 39. 40.  
Ann. 41. 42. 43.  
Ann. 44. 45. 46.  
Ann. 47. 48. 49.  
Ann. 50. 51. 52.  
Ann. 53. 54. 55.  
Ann. 56. 57. 58.  
Ann. 59. 60. 61.  
Ann. 62. 63. 64.  
Ann. 65. 66. 67.  
Ann. 68. 69. 70.  
Ann. 71. 72. 73.  
Ann. 74. 75. 76.  
Ann. 77. 78. 79.  
Ann. 80. 81. 82.  
Ann. 83. 84. 85.  
Ann. 86. 87. 88.  
Ann. 89. 90. 91.  
Ann. 92. 93. 94.  
Ann. 95. 96. 97.  
Ann. 98. 99. 100.